

520 *DO.* ego te compluris advorsum ingenium meum mensis 35
tuli

pollicitantem et nil ferentem, flentem; nunc contra omnia
haec

repperi qui det neque lacrumet: da locum melioribus.

AN. certe hercle, ego si sati' commemini, tibi quidem est
olim dies,

quam ad dares huic, praestituta. *PH.* factum. *DO.* num
ego istuc nego?

525 *AN.* iam ea praeteriit? *DO.* non, verum haec ei—ante- 40
cessit. *AN.* non pudet

vanitati? *DO.* minime, dum ob rem. *GE.* sterculinum!

PH. Dorio,

itane tandem facere oportet? *DO.* sic sum: si placeo, utere.

AN. sicut hunc decipis? *DO.* immo enimvero, Antipho,
hic me decipit:

nam hic me huius modi scibat esse, ego hunc esse aliter
credidi:

530 iste me fefellit, ego isti nihilo sum aliter ac fui. 45

sed ut ut haec sunt, tamen hoc faciam: cras mane argentum
mihi

miles dare se dixit: si mi prior tu attuleri', Phaedria,
mea lege utar, ut potior sit qui prior ad dandumst. vale.

PHAEDRIA ANTIPHO GETA iii

PH. Quid faciam? unde ego nunc tam subito huic ar-
gentum inveniam miser,

535 quomodo minu' nihilost? quod, hic si pote fuisset exorarier